



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 16. Animalia intra rupes monstrosa inuenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

li sua affixerant arma, quæ cortice etas longa ambiente occultauerat. Ni prius ibi suspensa fuissent, numquam arbor illa arma peperisset. Ad eundem modum credibile est, imagines quasdam sacras arboribus appensas, corticibus inuolutas, & à tempestate atque imbribus seruatas, in pietatem posterorum, quorum tempore detectæ & inuentæ fuerunt, vt tanto emolumento, quanto studio colerentur.

§. XVI.

Animalia intra rupes monstruosè inuenta.

Neobrug.
cap. 2.

In bestijs, simili euentu, dissimili ortu, duo monstra reperta sunt, nostro tempore, cum enim in lapicidina quadam petra ingens ferramentis funderetur, apparuere duo canes, capacem sui, in eadem petra, concauitatem replentes, absque omni spiraculo. Videbantur ex leporariorum genere; sed truces vultu, quasi ex Cerberi profapia; odore graues, quasi ex Auerno; pilorum expertes. Et vnus quidem citò defecit; alterum stupendæ edacitatis Henricus Wintoniensis Episcopus, multis diebus in delicijs habuit. Refertur ibidem ab eodem authore, de bufone, ad eundem modum,

modum, inter saxa, cum torque aureo inuento. Aurum intra montes nasci posse scimus, non item torquem aureum. Nec bufones inibi posse gigni negarem; canes autem crescere, velut vermes, aut lapides, nemo mihi persuaserit. Facile autem est spiritui malo viam aperire, & talia in tali carcere includere, aut canem bufonemq; agere. Qua arte virginem vultu retulit, quando, in venatu, sitienti comiti Oldenburgico, è rupe velut ostio diducta progrediens, scyphum illum argenteum obtulit, qui adhuc ostenditur, miris multisq; emblematis calatum.

§. XVII.

Animalia monstrosè loquentia, vel parientia.

Multa alia non solùm mirabilia, verùm Val. Max. etiam monstrosa acciderunt circa bestias. l. 1. c. 6.

Precipue enim admirationis sunt etiam illa prodigia, quæ P. Volumnio. Ser. Sulpicio Coss. in urbe nostra, inter initia motusq; bellorum acciderunt. Bos namq; mugitu in humanum sermonem conuerso, nouitate monstri, audientium animos exterruit. Carnis quoq; in modum nimbi dissipata partes ceciderunt: quarum maiorem numerum præpetes diripuerunt

ANES